

tentet, ipsum te superasse. praestitisse inquam in hoc illius
 tristissimo conatu, quod um omnia hodie Poetas Latinos circumspicio
 nemo hercule, nemo occurrit qui assequatur. Soleo haec apud
 amicos literatos asserere, et usque ad vestituris sum. Coram te, et
 in os modestiae tuae plura non ingeram. Superest ut te valeam
 voveam, quod facio vir eximio affectu integerrimo, itidem
 obtestatus, ne hunc aestimandum correas ex officio literarum
 regni aut citius imploto vel in puteum implendo: aut te ego
 enim non sum, et hoc proinde a plerisque amicorum impetravi
 quod absque hac splendida servitute esset, nec ipse quidem impa-
 tratum velim, nec vero tute denegatum vobis. Vale item, et
 vel hoc argumento doce, num sim tui ^o tempus amicitiae.

Haga Com: Poet. Id: Apr: MDCLX

Ecce et Epigrammatian, quod ab hodie
 exaratis, subitaneus effudit calor.
 Ignosce.

Serenissimae Potentis
 Sinaque Principi
 Christinae.

Suecorum Gothorum
 Brandalorum Reginae.

Serenissima et Potentissima Regina

(110).

Quis et cujas ego sim, qui e Batavis te compellatum eo, tam te
 scire parum attinet, quam Solis interesse dicas, quo tam in
 acervo paleam formica bajulet. Neque eo quidem per illustri
 nomine investigari mereo, quod inter populares meos voce et
 calamo eminentissima virtutis tua praecone agoperpetuum
 et indeferum: nam vel hoc iudicio non est quod cortius de me
 statuas, quam quod Orbis Christiani incolatum, et cum univer-
 sis loquor, quae nemo nescit. quis enim de Christina silet?
 Ajunt me apud invictos Arausij Principes quodam modo gra-
 tiosum tota quinque lustra secretariis Consiliis implicitura
 non inutilem ^{operam} navasse, nec plebeiano. Ajunt aulicas occu-
 pationes Musis interpolasse, minus infelicitate nonnullis, qui
 soli hodie studii immersi, aliquid inter literatos nomen
 tuentur neque inter Cantersteinios tuos, Salmasios, Heinsios,
 Bossios, Camerarios, et ipsos Oxysternios aliquis fortasse huius
 veritati testimonium subducturus est. Ne Siringium quidem
 lateo, quippe qui fasciculum olim sibi commendatum Majestati
 tuae meo nomine transmittendum recepit. Erant in illo
 Poematum meorum libri, quos Momenta desultoria inscripserat
 editor Casparus Barlaeus. Erat item Pathodia sacrae Psalmi
 Latini musicis a me modulis aptati, quorum editionem
 Lutetiae Marinus Mersennus procuraverat. Habeant sua fata
 libelli.

libelli, quæ ut haberent fato placuerit. Equidem an perlati fuerint
ad Augustas manus tuas, hactenus ambigo. Certè nos hæc
nouimus esse nihil. et si ^{datam} fortasse, quem diæi, amicus fidem fefellit.
est quod utrique gratuler, Tibi, ab illis namis liberata, mihi quod
tenuitatis meæ illustrissimâ ~~est~~ careo. Quidquid ejus rei sit,
nondum satis causæ arbitror, qui sim tiro tuæ semper amicitia
Superest argumentum, quo si non ames, utique ^{concordi} me perfricare
inter Majestatis tuæ non indignissimos Clientes. CARTESIVM
amari, Domina, et quem amaret, o ^{dauidicos} ad finem seu
Breuis vitæ, visus sum meruisse. Hoc tandem nomine
quis et cuius ^{ego} ne nescias, meo mihi jure postulo. In
tuo Septentrione Solem illum occidentem vidisti; nec sine
lacrims quidem, nisi vehementer fallor. Splendet tamen
ille post occasum, et splendet immortalis, quandiu Sol
alter iste et minores stelle. Itaque te per magnos, nisi
pateris et sacros, manes obtestor, fac parentantibus amicus
intimus amico inestimabili, eo genere facundia quod per
singultum subilit, et lacrimis non atramento explicatur,
neque alibi ⁱⁿ re seriâ offendat jocularis sermo. Inualuit
hic nuper illa dictio, ex quo Gallia placuit, et applausum ibi
sapientissimarum hominum tulit, qui Maronis castissi-
mam Majestatem ausus est ludos facere, et ad marientis
Elisæ pyram ad motas præficas in risum solvit. Nimirum
gens Imperatoria, quæ et inconstantia suce et lenitatis sectam
quousque libet, extendit, a quâ lepidissimâ Tyrannide
ne Septentrionem quidem tuum immunem habes, ipsum
Christiani Orbis stilum, ubi libitum est, temperat, innovat
aut immutat; ipsi denique Musis personam induit aut
detrahit, pro imperio. ut hæc ubique nunc pari passu
ambulent, Gallia vestiri et loqui. Accedit quod cum Stagira,
quam o ^{maxae} ilys oppugnauerat, debellanda porro esset,
insistentium quodam modo vestigiis inuicti poliarctæ fuit,
et quam ille modeste summate passim impetierat, totis
plandris inuictis explodenda. Faciunt hic in illustri argu-
mento loquaces rugæ, aliaque nonnulla ejusdem fufuris,
quorum, ubi perlatum fuerit, patior severis oculis intue-
ari, quæ porro Philosophi tui tumulo stogia appendimus,
non jocosæ commatis, sed quibus posteritati constare volumus
quis iste et quanti Renatus fuerit, et quam fulem de
Phœnice

Phœnice fabulam reddiderit unicus iste, et nullo de cinere re-
victurus. Vale Princeps Principum angustissima, vale et vive
in illo sexu tuo vere altera Phœnix, et si de ministris infimo
cuiquam, negotium das, qui verbo significet, quam non indignè
tuleris hanc audaciam, crede te grandi beneficio devincturum
hominem Batavum, qui absque hoc splendidae servitutis pri-
trino esset, etiam non advocanti dudum se ad angustos pedes
tuos prostratum inisset, et in partem gratiae involasset,
quam Musarum promiscue patronis et clientibus, quâ te par-
est, munificentia impertis. Is est a.

Majestatis tuae
Humillimus ac devotissimus
cliens.

5. April. 1650.

Nomine Heen Vlietii et meo

Ripero.

Medicinae in Scholâ

M. Auriacâ Professori

Amplissimo ac doctissimo viri.

(420).

Quando sic Deo et hominibus visum est, posse te Medicinae studium
alicubi felicius quam Bredae promovere. placuit Serenissi-
mo Principi, Leidensia Academia votis, ac tuae item petitioni
non adversari. Proinde liberam tibi facultatem, eo cum
libuerit, commigrandi, hinc tibi factam scito. Eâ verò de
re quam non libenter certarems te faciamus facile judica-
bis, quoties meminisse voles, quod rest est, singularem
exhibitionem tuam et virtutes ceteras, quibus illa est
ornata, summo nobis in pretio semper fuisse, et futuras.
Vale Multum

Viri Amplissimo ac doctissimo à
Sui amantissimo

14. Augusti 1650.

A. Mariae Schurmannae

brevisimo impetu:

Amica Nobilissima

(421).

Quando Catonem feminam agere voluisti, in Theatrum
ingressa, ut exires, solis nimirum auribus pastis, nescio
quo meo cibo, totis, ecce, te exequiis sequar, et licet non
ignarus quanto.

Segnius irritant animos demissa per aurem

quam quae sunt oculis commissa fidelibus

omissi nunc Musicis infectis meis, quibus nimium est
quod vacasti semel, ad hoc genus spectaculi denuò te voco,
cujusmodi sub crepusculum vespertinum, nimia pompa
movâ

movâ